



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 30. Legati oratio a congregatis Principibus indignanter accepta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI. latebris prorepens nostris crevit diffidiis.
A.C. 1542. Communis ergo libertatis vindicandæ causa
 rationes ineundæ sunt concordia, sequenda
 est doctrina, de qua Ratisbonæ convenit, &
 amice vivendum, nec ulla deinceps movenda
 jurgia, neque cogitandum, fore, ut Prin-
 cipibus vel cessantibus vel factione divisæ ex-
 teræ nationes in hanc curam incumbant:
 hæc itaque est Regis mei mens & consilium,
 unde rogo, ut eam in partem optimam acci-
 piant, atque ab ipso firmam amicitiam &
 conjunctionem exspectent.

§. XXX.

*Legati oratio a congregatis Princi-
 pibus indignanter accepta.*

Belcar. n. 9.
Pallavic. l. 4.
c. 17. n. 8. Attamen hic Gallici Oratoris sermo
 haud faventibus auribus fuit excep-
 tus; in hisce enim Comitibus potissimi
 erant Germani Principes, qui vix non
 omnes Caroli V. Cæsaris commoda se-
 dulo procurantes Gallis minus fave-
 bant: aliunde vero satis omnibus per-
 spectum erat, quod Francisci I. Gallia-
 rum Regis consilia eo collimarent, ut
 Hungaria Turcarum invasionibus diri-
 pienda relinqueretur, & sic Cæsar tuen-
 do Imperio intentus Italiæ negotia ur-
 gere, atque exercitum illuc ducere haud
 ultra posset. Insuper Vastius Marchio,
 postquam Ringonus & Fregosius crude-
 lem in modum a Præsidario Papiensis
 urbis

urbis milite trucidati fuerunt, quasdam Sæcul. XVI. A.C. 1542.
 utriusque hujus Principis literas inter-
 ceperat, easque explicatis, quibus ex-
 aratæ erant, notis occultis ad Ferdinan-
 dum Romanorum Regem transmisit, si-
 gnificans, quod ambo hi Gallorum Le-
 gati a Rege haud alio ex fine fuissent
 missi, nisi ut Venetos ad violandum,
 quod cum Cæsare inierant, fœdus in-
 ducerent, ipsumque Solimanum ad bel-
 lum Cæsari terra marique inferendum
 inclinarent: cum igitur Oliverius Fran-
 ciæ Legatus se ceterorum, quibus sin-
 ceram Galliarum Regis voluntatem fal-
 so persuadere moliebatur, irrisioni ex-
 positum cerneret, suamque orationem
 a Principibus Spiræ congregatis non si-
 ne indignatione exceptam fuisse probe
 intelligeret, hinc Comitibus nondum so-
 lutis protinus inde discessit, ac sinistram
 demandati negotii successum vehemen-
 ter indignatus in Franciam reversus
 est.

§. XXXI.

*Legati Pontificii oratio in comitiis
habita.*

Pariter in hisce comitiis Joannes Mo-
 ronius summi Pontificis Legatus or-
 rationem habuit; is enim de Pauli III.
 Papæ sententia a Ferdinando rogatus,
 hunc in modum die vigesima tertia Maji
Hist. Eccles. Tom. XXXVIII. D per-

Sleid. p 461.
Belc. l. 23. u. 4